dum argumentum excepto ipsius sine ad quem respondei
qz illud verum in eodem instanti alias cōstat qz diuersis tē-
poribus eadē res diuerso iure censetur. Quod subdebatur
in primo argumento qz consuetudo debet aliqd in isto ope-
rari hoc verū si esset ille quem iuuat consuetudo. Quod in
fine dicebatur idem de toto quod de parte. verum si eodem
iure deberetur vtrunqz. sed de iure debetur pars quia legiti-
mus de consuetudine. totum quia primus legitimus cum er-
go nō sit eadē vtriusqz rē. Ad tertiū argumētū de retro
trahendo respondeo qz in fictionibus que ad principiū tra-
bi debent oportet qz eadem causa & essentia perseueret. afo
si ex potestate filia sit emancipata fictio suam naturam imu-
tet. patet. C. de rei vxo. actio. l. vna. §. videamus. cum ergo p
tempore quo pater habuit legitimam vxorem & ex ea filium
concubina non potuerit esse vxor. ergo fictio mutabit natu-
ram. & ad id tempus non trahetur nec enim trahi debet ad

tempus quo sequi possit iuris repugnantia. ff. de vsucapio.
si is qui. C. de inofficio. dona. l. secunda. & de donatio. inter
virum & vxorem. l. donationes. fm illos qui dicit qz nō tra-
bitur ad dominium. C. Item nec fictio trahitur ad principi-
um mutata conditione persone. vel quando res possit vitia-
ri. C. de testamen. ma. l. j. ff. de testamen. mi. si certarum. §. fi-
na. ff. de capti. in bello. §. codicilli. plus videtur qz fictio lo-
cum non habeat cum alterius p̄iudicio quod sic proba-
tur vt dixi in fine argumentorum secundi membri prime que-
stionis. actio de dote que non competit constante matrimo-
nio facta diuortio competit & reintegrato matrimonio desi-
nit competere iam inchoata vt. l. si mulier diuerterit. ff. solu-
to matrimonio & alijs legibus ibi allegatis. sed licet hoc ex
fictione qua fingitur non diuertisse vel non competisse pro-
cedat quando debetur soli mulieri vel mulieri & patri. non
tamen procedit quando debebatur extraneo vt patet. ff. de
iure do. stipulatio de dote. ff. soluto matrimonio in insulam.
§. finali. in illius enim p̄iudicium non procedit illa fictio.
licet ergo quo ad parentes contrahentes & ipsum filium pro-
cedere possit fictio. non tamen quo ad p̄iudicium primo-
geniti legitimi habenti efficax ius vt dixi. si ergo ponerem
patrem habentem legitimos vxore mortua ex concubina fi-
lium habuisse. cum qua postea contrahit nulla iuris repu-
gnantia vel alterius p̄iudicium impedit fictionem ad p̄n-
cipium trahi. & sic etiam procederet. §. reliqui vt supra dixi.
Ad id quod dicitur proli fauorem deberi fateor. sed nō
contra aliam prolem. & ad perimendum ipsius ius sicut nec
p̄iudicamus dotem contra dotem vt dixi in primo argu-
mento secunde partis. Ad vltimum quod de beneficio
dicebatur dico qz nedum sacramentum matrimonij sed nec
etiam sacramentū baptismi quod maius est tollit ius actio-
nis vel exceptionis alteri competens: vt nota. xxvj. distinct.
deniqz. & xxvij. questio. prima si quis. & de diuortijs qua-
to in vltima glofa. beneficia ergo licet large interpretemur
non tamen sic large qz alterius ius perimāt: tamen sic qz ali-
quid conferant. istud autem multum confert: quia honori-
bus fungitur vt legitimus vt cessante consuetudine in par-
te succedit. C. Itēz deficiente illo primogenito ad alios cū
sequentes haberet ius primogeniture. plus casus est quod
legitimus naturalis non succedit in feudo & sic beneficiū
non recipimus latissime in lib. feud. si de feu. controuer. fue.
c. naturales. soleo tamen dicere in. c. tanta id loqui de legiti-
mato non per matrimonium sed per principis beneficiū in
quo id non exprimitur vt ibi nota. tales autem dispensatio-
nes fatalium sunt odiose & strictam habent interpretatio-
nem de hl. presbyte. c. j. lib. eo. & super hoc vide quod plene
scripsi in. c. latoz super prima glo. Quia in precedenti arti-
culo mihi ipsi videoz fuisse prolis. hunc vltimum qui est
an posito qz clericus sit ille secundogenitus & alter habet
ius primogeniture sibi p̄iudicet consuetudo breuiter ex-
p̄ditam. C. Et contra clericum inducam quatuor. secundo
pro ipso alia quatuor & opinionem. tertio datur solutio sol-
uatur opinio per quam contrarij respondetur.
C. Et qz p̄iudicet videtur per gl. legum expeditum. que-
runt enim glo. ff. de legibus de quibus. C. que sit longa con-
suetudo. l. j. an consuetudo qz monachus non succedat extē-
datur ad regularem Canonicum. ponunt ergo glo. ille pro
indubitato consuetudinem illam non solum clericis sed eti-
am monachis p̄iudicare. ad idem glo. vlti. in autenti. hoc
ius porrectum. C. de sa. fan. ec. licet communiter non appro-
betur. C. Secundo constat qz liber vsus feudozum iuxta
quod verbum sonat sunt consuetudines feudozum & tamē
per illas consuetudines clericus non solum non succedit in
feudo. sed etiam illud perdit per clericatum vt de vasa. qui
ar. bel. depo. c. vno si de feudo controuersia fuerit. c. qui cle-
ricus de benefi. femine. c. vno in fi. & an mutus & alias imp-
fec. c. vno. & sic patet per has glosas & casus per tales con-
suetudines clericis p̄iudicari.

¶ Tertio

Tertio suadet etiam hoc equalitatis ratio. cum enim ipsi tales consuetudines recipiant pro se tenentur illas recipere contra se. de vita et honesta. clerico. c. fina. cum concordia. precipue cum consuetudo talis super equitate fundetur scilicet ne patrimonium annihilentur. facit quod post Hostie. scripsi de voto. licet. facit. de preben. maioribus. de pigno. ex litteris. de concessio. preben. c. fina. verficu. quanto eodem lib. ff. de exerci. ne in plures. et appetit res publica subiectos fore locupletes in autem. vt iud. sine quoquo suffragio. §. cogitatio. colla. secunda. si ergo fatemur consuetudines equas fateamur quod ipsius virtus ligat priuilegiatos scilicet clericos sic priuilegiatos minores et pupillos. unde conductor quia possessor ad tributa tenetur et non dominus. ff. de usufruc. hactenus. et de impen. in rebus dota. factis neq. stipendium. C. de anno. et tribu. l. j. lib. x. de agrico. et censi. libris. §. hoc de redditibus. et de coll. fun. pa. omnes lib. xi. sed consuetudo quod domini teneantur et non possessores ligat etiam minores vt patet. ff. de administratio. tuto. sine herede. §. luti. Idem probent decreta. ex eo quod de elec. coniuicta cum decreta. vlti. de consuetu. eodem libro. cum igitur consuetudo detrahat singulorum patrimonium. ff. communia predio. venditor. §. si constat. patet etiam in successione feudi inter laycos si de feudo controuersia fuerit. c. mulier. et c. si filij. et de matri. et ad morga. contracto. c. vno. fateamur quod huic clerico preiudicet in portione sibi alias de iure debita. nam videmus quod priuilegiuz Anglicis concessum prodest clericis de foro competen. dilecti. sic et consuetudo eos ligat cum in ipse ista equiparemus. ix. q. iij. conuestus. et de offi. ordi. duo simul. de iudi. nouit. verficu. non enim cum concordant. Itz videmus quod de iudicato in foro ecclesiastico excipitur in seculari et contra. de excep. c. ij. lib. eo. multa exempla de virtute consuetudinis scripsi de consuet. c. fina. super glo. et qua. **Q**uarto probetur hoc etiam ab originis principio vt dicamus quod quorum est eadem origo ipsorum eadem sit ratio. facit de cleri. peregr. c. j. de deci. ex parte. ij. et c. cum in tua. in successione patet. C. de libe. prete. l. fina. de leg. here. l. duodecim. institu. de exhered. libe. §. nostra. de legi. agn. tute. §. ceteru. et §. sequentibus. sed constat quod. B. et C. ambo sunt nati layci et nudi. xvij. distin. sicur. unde nec clericatus confertur infanti vel illiterato. de tempo. ordi. c. fi. lib. eodem. ipsum ergo in natiuitate sua et prius si fas est sic loqui ligauerat consuetudo que primogenito detulerat ius primogeniture quo sibi debebant bona etiam patre inuito vt dictum est in proximo membro. clericatus ergo subsequena illud ius prius questum primogenito auferre non potuit si cut nec abstulit baptismus vt dictum fuit in proximo membro in fine. sic ex his concluditur contra clericum. **I**n contrarium pro clerico allegatur equiparatio legis ad plebem. ff. de legi. l. de quibus. sed ita est quod lex non ligat nisi subditos de senten. excommunicata. a nobis. de peni. et remissi. quod autem de constitu. c. ij. lib. eo. et in l. cunctos populos in pn. C. de summa trinita. ergo nec consuetudo ligabit non subditos. constat autem quod aliud est clericus quam populus de preben. c. j. de verborum significa. ex parte de senten. ex comu. si sententia lib. eod. inde est quod plebs olim non ligauerunt nobiles. ff. de origi. iur. l. ij. §. deinde. institu. de iure natu. ge. et ciui. §. plebs. Item nec statuta vel consuetudines populi ligat hodie clericos qui nobiles sunt. C. vt nemo pri. l. ij. et quomodo militibus equantur satis dixi in tertio membro prime questionis. **S**ecundo clerici sunt maiores: statuta ergo minorum vel consuetudines illos non ligant. xxi. distin. inferior de maiorita. et obedi. cum inferior. Itz etiam sponte non possunt clerici se subicere iudicio laycorum de foro competen. si diligenti eodem titu. significasti. **T**ertio pro clerico faciunt tex. xvij. dist. bene quidez de constitu. ecclesia sancte Marie. et c. que in ecclesiarum de re. eccle. no. alie. c. fina. hoc de lege vel constitutione. de consuetu. patet quod ex quo grauosa est ecclesia vel clericis non te-

net de p. sue. c. j. et c. cum inter de iudi. clerici de re iudi. cum causa. et C. de sac. san. eccle. auten. cassa. et maxime in terminis questionis quibus loquitur de constituto in sacris qui a statu clericali non potest diuertere de elec. cum ex co. li. eo. sint ergo immunes a lucratiuorum inscriptionibus. C. de sa. san. eccle. l. penul. **Q**uarto negatur verum esse quod allegabatur primo hanc consuetudinem rationabilem: immo iniqua et irrationabilis videtur que aufert alteri quod sibi debet et consuetudi. c. penulti. et filios qui non habita prioritatis ratione debent equaliter patri succedere vt dixi in proximo membro in solutione contrariorum. facit summe inaequales vt. si. alteri totum alteri nihil debeat contra id. xvij. q. vij. c. i. Itz priuat istum legitima quod patet expresse non posset de testamen. raynucius. et c. Raynaldus. ergo datur quod valeat inter laycos et inter eos de facto seruetur non tamen noceat clericis. et hanc partem tenet Jaco. de are. vt notat Ly. C. que sit longa consuetudo. l. ij. in fine. loquendo in comunum de consuetudine. et Hostien. in sum. de consuetudi. §. fina. verficu. sed pone. et quod post eum scripsi de foro competen. postulasti ad finem magne glo. **S**olutio puto in terminis questionis consuetudinem clerico preiudicare per allegata in prima parte et maxime in fine coadiuuatur hoc: quia alia consuetudo in illis partibus non procederet propter remedium fraudis parate secundogenito circa clericatum suscipiendum et damnosum nimis esset primogenito si notabile quorum hereditatis sibi per primogenituram non solus debite sed affecte per fratris vnus vel plurium clericatum amitteret. tales autem fraudes non amplectimur de diuor. quanto in fine cum concordant. ff. de rei vendi. in fundo. hoc etiam quoadiuuat quia si esse in partibus illis vbi viget interpretata est consuetudo qua optime etiam interpretatur leges de consuetudi. cum dilectus. ff. de legi. si de interpretatione sed est sciendum quod opi. Hostien. et Jaco. posita in fine partis contrarie nihilominus vera est extra terminos nostros quando scilicet queritur de preiudicio quod inchoaret consuetudo in iam clericum per quod dici posset quod si vera esset in articulo proximo opinio contraria scilicet quod legitimatus haberet ius primogeniture cum tempore huius iuris quesiti ille ius esset in sacris vt ponit thema sibi non preiudicaret consuetudo. et per hunc modum soluendi sint concordata contraria.

In possessione

In possessione non procedit exponit Dynus. l. non inchoatur licet quando inchoata sine possessione continue tur. nam hereditas iacens non possidet. ff. si quis testamento libe. et c. l. prima. §. See uola. et tamen usufructus. ff. de usufructu. l. ceptam. et l. nun. q. §. vacuum. et l. iusto. §. nondum adite. satis instat in hoc finaliter dicens quod possessio quam habuit defunctus apta est continuari in heredem qui est eadem persona iuris fictione. ff. de usufructu. l. heres si non sit per alium occupata tunc enim impediretur predicta continuatio. ff. de acquiren. possessio. ponit ponius. §. questum. et de usufructu. l. possessio testatoris. si vero per alium occupata non est pro continuata debet haberi. argum. ff. de testa. l. filius. ff. ex quibus causis maio. cum miles circa pn. et pro herede. l. ij. §. filium. et ideo procedit preferentia. **P**rima glosa dicit unde sumpta. et ponit et specificat exempla. secundo de multiplici possessione remittit. tertio tractat qualis possessio in prescriptione requiratur. quarto quomodo possessio debeat esse continua. quinto de quali possessione. **U**ltima glosa. premissa ratione regule ponit duas obiectiones legales quas soluit. vltimo obijcit de decre. contingit. et simpliciter soluit. **I**n prima glosa. ubi si ne possessione. sequitur non procedit usufructus. **I**n glosa. secunda ibi. l. ij. vide in seq. glo. **I**n glosa. vltima ibi in l. ij. in peculiaribus receptum est vt ignorantia usufructus

piamus. et idem §. celsus et ibi seruus. clam facit qui estimare debet questionem sibi moturam licet non estimet ne stultus et c. et ibi quibus vide in c. contingit in. iij. glo. et ibi. l. vna vide in c. is qui statim allegato in glo. ij. **C** In. j. glo. ibi civilis possessio prolixè tractat hoc **D**y. qd ad prescriptionem requiritur civilis et naturalis possessio vel civilis tñ. s. que animo retinetur sed naturalis tñ non sufficit vbi alius civiliter possidet qd sufficiat civilis probat per leges dicentes qd absens quem constat solam civilem animo retinere possidet quo ad continuandam vsucapionem. ff. de fur. l. ferui et filij. §. vlti. de diuer. et tem. prescript. l. in accessione de acqren. possessio. l. j. §. per seruum qui in fuga. ad id qd sola naturalis non sufficiat. ff. de acqren. re. domi. l. acquiritur. §. vlt. ad exhibendum. l. celsus. §. iulianus. et de acqren. possessio. l. j. §. per eum. sequitur etiam hoc necessario fm eū ex quo ponimus civiliter possidentem prescribere vt probatū est. nam si diceremus idem de possidente naturaliter sequeretur iuris impossibile. s. qd duo alicuius rei dominium in solidum eodem tempore acquirerent quod esse non potest. ff. commo. si vt certo. §. si duobus. et de castren. pecu. l. hereditate. §. pater. et de regu. iur. qd contra. §. vni duo. sed opponitur qd fm hoc contra absentem nō curret prescriptio que non currit contra possidentem. C. de prescrip. xxx. anno. l. ij. Item tempus non est modus perdende possessionis. ff. qui bus mo. vsufruc. l. si mulieri. ergo ptra absentem civile possessionem animo retinentem nunq̄ curret prescriptio. **R**e. spondet qd licet tempus non sit modus perdendi possessionem est tamen modus inducendi obliuionem et obliuio est modus inducendi dispositionez animi: et dispositio animi ē modus perdende possessionis vt legitur et notatur. ff. d. vsu. ca. l. furtum. §. fundi. si ergo civiliter possidens negligit naturalem possessionem per decem annos vel vltra illa negligētia pnat illuz possessione civili sicut negligētia in adipiscenda vel recuperanda possessione inducit amissionem civilis ff. de acqren. possessio. si ideo. §. forte. pcludit ergo contra civiliter possidentem prescriptionem non inchoari duabus rationibus supradictis. inchoabitur autem ex quo civilem perdidit vt est dictum et dicit qd glo. in. l. j. C. de ser. fugiti. voluit hoc dicere sed non plene. propter predicta vero mei denter tractauit aliam questionem an sint due possessiones specie differētes an vna tñ diuersificata per accidētia quā plene prosequitur. tenet autem opinionēz Joā. qd sint due per. l. ff. de acqren. possessio. l. iij. §. nerua filius. et pro herede l. ij. §. quod vulgo. et in si. idem **D**y. qui formauit de hoc obfectionem ad vlti. allega. ff. si serui. vendi. si quis diuturno d aqua plu. arcen. l. j. §. deniqz. et l. ij. in pncipio. C. de ser. et aq l. j. et ij. de prescrip. lon. tempo. l. vlt. dat etiam simile de iter dicto vti possidetis quod nō datur nisi possidenti. ff. vti possidetis. l. i. §. interdictum. et tamen sicut datur pro tuēda vera possessione rei corporalis immobilis ita datur pro quasi possessione tuenda rei incorporealis que de numero immobilium reputatur. ff. de ser. l. pe. si serui. vendi. l. sicuti. §. aristo. et vti possi. l. fina. **C** In glo. vlti. ibi sed lex. idem **D**y. et ibi solutio idem dicit bīc **D**y.

Ec regula facit ad questionez quam disputauit post Jo. de mō. te murlo quam sic pposui Joanni diocesano episcopo petenti quartam decimaruz. opponit ecclesia prescriptionem queritur quis habeat probare. **P**ro epō duo allegauit disputans que fortifico. secundo contra ipsum allegauit quatuor que etiam fortifico. tertio ponit solutio disputantis ostendit difficultas solutionis ponunt evidentialia datur solutio distinguens et cōtrarijs respondens. **Q**uod ecclesie excipienti incumbat probatio sic arguo. certuz est petitionem epī circa quartam fundatā esse iure cōi. x. q. iij. vino. d. de offi. ordi. cōquerēte. d. de prescrip. de quarta. de deci. qm. et c. dudum. h3 ergo pbare ipsi

us aduersarius. c. di. contra morem. Item prescriptio etiam facit pro episcopo qd diligens fuerit in exigendo. et qd non factauerit pecunias suas. ff. de probatio. c. de indebito de solu. c. si. ergo ppro probet ecclesia. **S**ecundo sic reus in excipiendo quo ad onus probandi fit actor. ff. de probatio. in exceptionibus. d. co. de excep. pia. et habet probare nisi excipiat negatiue de renuci. super hoc de proba. tertio de testi. ca. litteris de his que si. a prela. quanto. et generaliter allegans prescriptionem habet illa probare eodē titu. veniens et c. olim. et c. auditio. de causa pos. c. ecclesia. sic et allegans consuetudinem de consuetu. cum effectus. et si ecclesia pbare non potest. hoc nocere nō d3 episcopo qui probauit sed dicitur ecclesie deficere non ius sed probationem fm Joā. de mon. **F**ortificatur p̄mum sic si ius cōmune et prescriptio quodlibet per se transfert probationem in aduersariuz etiam negantem vt infra pbabitur fortius vtrūqz cōiunctū facit de testi. spo. audita. de purga. cano. inter. Item si prescripta transferunt probationem fortius impediunt ne ex vi negatiue transferatur probatio in episcopuz. cum plus sit trasferre et minus impedire. ad hoc. xv. q. i. §. fina. de iure iurādo quē admodum. **S**cdm fortificatur per no. post Anno. et Hostien. de accu. super his. vbi tenent qd excipiens contra electum etiam de tali negatiua que probari non potest per hoc non transfert in episcopuz onus probandi. ibi videas. et qd talis negatiua non transferat probent lex cū de indebito et dec. is qui. palleg. sic inducte: certum est qd repetens in debitum quod soluit habet necesse probare qd fuerit nō debitum sed hic si nunq̄ fuit debitum impossibile est probari aliter q̄ per confessionē aduersarij. quod patet et dicere soleo vt lite non contesta. quoniam super vlti. glo. de rescript. nonnulli. et c. ex parte. iij. non tamen per hoc transfertur probatio in aduersarium ad idem de p̄uileg. cum persone eodem lib. de consue. c. iij. vbi probat allegans prescriptionez et consuetudinem negatiuam scilicet qd non subest episcopo et qd non requisit episcopus consilium capituli. satis facit ad idem. C. de fun. patri. l. si. ad si. xi. vbi allegat prescriptio xl. anno. in canone non soluo quam probat allegans ibi. xl. an. possessio testatur ad idem. C. de serui. l. final. vbi allegat prescriptio. xx. an. contra non vtentem seruitute. ex quibus concluditur qd probet excipiens. **Q**uod probet episcopus sic ostēditur dicens habet probare nō is qui negat. ff. de probatio. l. ij. C. eo. actor. vj. q. si. actor. et est virtus pure negatiua transferre probationem in aduersariū vt nō. de elect. bone. etiam si huic negatiue aduersetur iudex vt patet de probat. quostiam contra. **S**ecundo pbatur per. l. plures. C. de si de instrumē. cuius consilium a se esset inutile. s. quod datur domino scilicet de recipiendo instrumento solutiōis sibi facte acolono vel emphyteota ne contra ipsum alleget. xxx. an. prescriptio in non soluendo. ac si dicat lex cum allegans talem prescriptionem propter negatiuam que inest non habet necesse probare videat dominus qd posset probare contrarium ne succumbat. **T**ertio quia inutiliter emanasset decre. de prescrip. de quarta. que dicit hanc quartaz prescribi sed hoc eēt qd prescribēs haberet probare et probare nō posset. nec valet si dicit qd probare poterit per positionē de cōfes. c. j. li. eo. qz adhuc illud ius non emanauerat. **Q**uarto iuuat clericos quia rei sunt et fauorabiles et pugnant pro libertate. d. de pba. ex litteris de re iudi. c. fin. fm Jo. de mon. fortificat p̄mū qd nō. Accur. C. de nō nu. pec. l. ij. §. negatiua pura pbatam hoc ipso qd nō pbat p̄trariū. ad secundum facit optime. d. de testi. significauit. vbi p̄sulit pducenti testes in casu publicationis qd de requisitione aduersarij p̄fici faciat publicū instrumētum ac si dicat apparētibus attestacionibus si negaret aduersarius te citatū pducētū intumbit probatio. habeatur ergo instrumētū ad id. Ad tertium et facit qd lex nō d3 esse inutilis et de verbo tñ nec impossibilis. iij. di. erit aut. d. eo. li. de electione cōmissa. §. porro. C. cōia dele. l. ij. in si. ex quibus concluditur qd episcopo incumbit

incubir vel cōpetit pbatio. Solo si nō allegat titulus obtinet ep̄s lz nil pber. si vō allegat ecclesia titulu p̄scriptionis sufficientem puta p̄cessionē ep̄i sine consensu capituli v̄l cōfirmationem pape in communi forma vel alium sufficientem vel probat se alijs hanc quartam non soluisse spacio xl. an. vel hanc quartam alā petitam ab ep̄o ⁊ denegatam vel si se per quod apparet ecclesiam fuisse in possessione ⁊ sic p̄scripsisse tunc succumbet ep̄s nisi probet possessionē ⁊ interruptionem per p̄re. c. auditio. ⁊ per. l. plures. C. de nō nu. pe. cu. si ex cautione. ⁊ l. asseueratio. ⁊ iura que dicunt q̄ pbat negans loquunt quando p̄sumptio est contra ipsum. ⁊ iura que dicunt probare illum qui p̄scriptionem obijcit loquuntur in affirmatiuū s̄m Jo. de mon. **C. Ad** sibi videt q̄ huius q̄ōnis solutio sedeat tremula inter duas fortes contrarias equitates. si enim dicimus episcopum debere probare sequitur q̄ succumbet nisi probat q̄ videtur iniquissimū scilicet q̄ ex sola verbali allegatione p̄sbyteri non probātes succumbat episcopus cuius petitionem fundat ius cōmune. ⁊ cui forte est impossibile solutionem probare licet facta fuerit propter familiam episcopatus mortuam ⁊ mutam vt est moris vel incendium palatij si extrabant instrumēta vel his similia. ⁊ discedat quisq̄ qua cōscientia potest iudex hic ecclesiam absolvere. ⁊ super quo fundetur hec solutio. In contrarium si dicamus ecclesiam debere probare sequitur q̄ succumbet si non probet. sed fingamus q̄ ecclesia vere p̄scripsit non solvendo. Nec extat aliquis modus hoc probandi: q̄ nec fuit interpellata nec alteri soluit q̄ conscientia condēnamus ecclesiaz que non reperitur in aliqua culpa cum istud sit tale negatiuum in quo durāte p̄scriptio ne ad nil tenebatur ecclesia. i. non occurrit q̄ aliquo modo circa hoc sibi debuerit v̄l potuerit prouidere q̄ nec instrumēta nec testes poterat rogare. nam ⁊ si singulis diebus p̄scriptionis rogasset notarium vel testes super solutione nō facta. alijs horis eorūdem dierum soluisse potuerat ⁊ fatue fecisset episcopum interpellando. propter que dubius sum in casu ⁊ puto sic fuisse predictum dominum Jo. q̄d sat̄ coligo ex verbis solutionis. **C. Ad** declarationem tamen dicendum est sciendum q̄ circa negatiuam facti principalr duo requirunt lz plura incidenter. p̄mo an debeat probari secundo an possit probari. ad p̄mum vtriusq̄ iuris doctores concordant q̄ negatiua probari nō debet nisi in casib⁹. Primo quando p̄sumptio est contra negantē inducunt Innocē. in decre. cum iure de offi. delega. ⁊ alij decre. vnicā vt eccle. bene. ⁊ de succes. ab intest. c. fina. de proba. post cōfessionē. C. de codicil. l. nec codicillos. de dona. inter vi. ⁊ vxor. l. etiam de iniur. si non p̄iitij de sicca. l. j. Secundo s̄m legis in grauib⁹ delictis. C. de aboli. l. fallaciter in fi. sed m̄xti legisse. i. qui viderunt scripta iuris nostri intelligunt illā legem de infamatis ⁊ hoc placet. vj. q. vlt. ⁊ c. vlt. ⁊ s̄. vlti. Tertio quando probatur negatiua per sacramentum ex cōmissione iuris iudicis vel exēpla s̄m legea patent. C. de his qui ad eccle. confugi. p̄senti vltra medium cum suis concordant. de testi. p̄sentiū. ⁊ c. penul. de sent. ex cō. si vō de elec. vt circa. ⁊ c. nulli li. ed. cū si. Quarto quādo negat v̄ra scriptura vel probatio auctoris. s̄. de testi. ex tenore. C. de cōsti. optimā. Circa scōm quo queritur an possit probari respondetur q̄ non nisi cum resoluitur in affirmatiuam vel equalentem. s̄. de renunc. super hoc. ff. ad. l. aq̄l. inde neratiuū. s̄. si. vel cum includitur aliquod affirmatiuum quo probato probat negatiuū qui ma. accu. pos. c. ff. de his qui sui v̄l alie. iur. sunt. l. filium. ⁊ bene facit quod nō hoc eo. ti. p̄sumitur. Item quando habet determinationem vt in p̄re. dec. ex tenore. ⁊ l. optimā. Itē q̄n propter determinationē vel coartationem cadit in intellectum testis vel subiacet inspectioni oculoꝝ quo casu probari pōt etiam directe vt sat̄ scripsi in dec. bone de elec. super glo. negatiue ex his videt̄ concludendum iuxta prius dicta q̄ cum ius ⁊ p̄sūptio sit contra negantem. p̄bare debeat ecclesia s̄m iura ad hoc iducta. s̄. ver. j. quādo loquunt̄ in negatiua que pōt probari vt patet per singula exēpla ipsorum iurium: ⁊ sic sit etiam re

sponsum ad alla iura superius inducta in p̄n. **C. Propter** q̄d soluedū dico q̄ aut allegat ecclesia p̄suetudinē ḡnalem in loco aut suā sp̄ales p̄scriptionē. p̄mo cāu p̄bet ecclesia q̄ alie ecclesie loci nō solunt hanc quartam quo probato per clericos ⁊ rectores ecclesiarum loci qui de suo negatiuo facta ad istius commodum deponere poterunt tuta erit nisi contrariam consuetudinem huius ecclesie probet episcopus per decre. vl. de offi. arbi. ⁊ ea que ibi scripsi. ⁊ sic intelligo ff. de public. l. si publicanus in fine. ⁊ l. licitatio. s̄. earum. vt si consuetudo esset q̄ de libris vel pannis sericis non soluantur vectigal. Secundo casu aut ecclesia allegat p̄scriptionem nomine alieno puta alterius episcopi cui soluit quartā quo casu probet propter affirmatiuam ad hoc de p̄scrip̄. cum ex officij. ⁊ sic loquitur decre. cum persone. l. non sum tibi subiectus quia sum alteri immediatus. aut proprio ⁊ tūc aut allegat p̄scriptiones quadraginta annoꝝ. aut tanti tēporis cuius initij non est memoria vel contrarij si. xl. tūc probet titulum qui p̄cesserit inchoatam p̄scriptionem quo probato transfertur onus in episcopum ex hac p̄sumptione ⁊ vi negatiue ⁊ fortius si cum titulo probaret denegationem. **C. Secō** casu probet. ⁊ si non titulum ad q̄d nō asseritur saltem communem opinionem ⁊ famam iuxta ea que notantur. s̄. eodem lib. de p̄scrip̄. s̄. j. in vlt. glo. ⁊ in Spe. de proba. s̄. j. ad fin. quo probato transfertur in episcopum onus probandi vt supra. facit. s̄. de p̄sump̄. quia verisimile. ⁊ s̄. eo. lib. de hereti. filij. ⁊ tūc vtilis eēt ep̄o apocha solutōis: vt in. l. plures. ⁊ in dec. significauit. v̄l loq̄t̄ decre. de actib⁹ iudicialibus in q̄bus negatiua trāffert vt in dec. q̄m cōtra. ⁊ sic intelligo leges si ex cautione. ⁊ asseueratio. C. de non nume. pecu. vt scilicet non ex vi negatiue tantum sed et ex p̄sumptione qua debitorum agentes consueuerunt sic se obligare sub spe future numerationis transfertur probatō in creditores. nec nullum in hoc grauat̄ episcopus. cui factis erit probare semel infra. xl. an. in primo casu vel a tempore cuius non est memoria. in secundo quartam fuisse solutā ⁊ sic temperetur equitas supra pro episcopo allegata de p̄scrip̄. illud. ⁊ c. auditio. **C. Si** vō neutrum istorum in altera predictarum p̄scriptionum probet ecclesia etiam si p̄barer quartam petitam ⁊ denegatam. ex quo titulum in prima vel cōmunem opinionem in secunda non probat succumbat. diocesano etiā nil probante. si tamen talis esset p̄scriptio que non requireret titulum: non posset ecclesia p̄bare: quod non soluit per positionem negatiuā si confiteret̄ ip̄az ep̄s de confel. c. j. s̄. eo. lib. per quam decre. satis posset attēptari: q̄d sola negatiua non transfert onus probandi: etiam si probari non potest per negantē. alio non video quare fuisset necessaria vel vtilis p̄uissio illius iuris noui ex quo aduersarius sic negans haberet necesse probare. concurrente vero p̄sumptione secno vt dixi: posset etiam probare per libros rationis. si super his extant. ⁊ ita probantur apud nos aliqui nō soluisse decimas papales. ⁊ eo casu intelligo p̄. l. fina. C. de fun. patri. debent enim illi collectores libros habere per quos de solutis rōnem reddant ⁊ per illos probari poterunt soluta ⁊ non soluta. ⁊ facit quod dixi. s̄. de probatio. quoniam contra super si. vlti. g. o. per modum aut̄ decre. tertio non puto negatiuam casus nostri posse probari. nam illa loquitur de actu alienationis qui non potest expediri: nisi per tractatum ⁊ deliberationes collegij. illi ergo q̄ fuerunt etiam de necessitate in illo tractatu bene possunt p̄bare quid fuit ibi tractatum. ⁊ quid firmatum affirmatiuū vel negatiuum. sed solutio quarte episcopalis est actus qui per solum prelatum vel dispensatorem ecclesie sine scientia vel tractatu capituli potest fieri licite ⁊ sic longe diuersus ⁊ sic etiam respondeatur ad decreta. tam litteris ⁊ decre. quanto in decre. iij. de consue. lib. eo. negatiua probatur per affirmatiuos actus quibus coartata bene cadit in intellectus testium qui percipere potuerunt exercitium illoꝝ actus capitulo non vocato nec consulto per episcopum expediri p̄ h̄ sic distincta ⁊ addita puto singula contraria partim concordata ⁊ partim fore soluta. Jo. and.

Regule iuris civilis siue ff. huius littere. S. sunt be.

Emper in obscuris qd minimū est sequitur.

Qdm nām est cōmoda cuiusq; rei eum sequi quem sequuntur incommoda.

Si filius familias sub conditione stipulatus emancipatus fuerit deinde extiterit cōditio patri actio competit qz stipulationibus id spectat tempus quo contrahimus.

Emper in stipulationibus et ceteris tractibus id sequimur qd est actum: et si non appareat quid actum est consequens erit ut id sequamur qd in regione in qua actū ē frequeratur. qd ergo si neq; regionis mos appareat qz varius fuerit ad id qd minimū est redigēda summa est.

Scuti in pena ex delicto defuncti heres teneri nō dicitur nec lucrū facere si qd ex ea re ad eū puenisset.

Emper in dubijs benigniora pferenda sunt.

Emper qui non probet pro se intervenire mādare creditur: sed et si quis ratum habuit quod gestum est obstringitur mandati actione.

Librarius in transcribēdis stipulatiōis verbis errasset nihil nocere et reus et fideiusor tenetur.

In duabus actionibus alibi summa maior alibi infamia est proponenda est causa estimationis. vbi autem egra rant famosa iudicia et si summam imparem habeant p paribus accipienda sunt.

Quis obligatiōe liberatus est pōt videri cepisse. nō pōt videri accepisse. q stipulatus pōt exceptiōe submoueri.

Nemo iudij hēditatē oē ius testamēti soluitur.

Quis pregnantem vxorem reliquerit non videtur si ne liberis decessisse.

Emper in coniunctionibus non solum quid liceat cōsiderādum est: sed et quod honestum sit.

Emper specialia generalibus insunt. seruitutem mortalitati fere comparamus.

Eruus rei publice causa abesse non potest.

Sub littera. L. sequitur hec regula.

Triēs in heredē damus actionē de eo qd ad eū puenit: quotiēs ex dolo defuncti puenit nō quotiēs ex suo.

Vtile non debet xxxvij.

Prima glo. ponit exempla. scōdo vltra tria exēpla alleg. ad hāc partē Broc. xxij. iura ad partem cōtrariam alle. x. ponit Bar. brix. solutiones demū plenius soluit rñdēs ad solutionūz contraria. **In** prima glo. ibi si falsis. loquit cū trāfactio hz plura capla. et vnum solū decisum est per falsa instrumēta. et ibi si ptoz infra declaratur: et ibi difficilis: vt qd mācipia sunt piuges vel parentes et liberi vel fratres vliumēta sunt paria. vel ē triaga vel quadriga. hoc volunt leges ille. et ibi. l. plane in prin. sifitator legatum mihi factum in aliū trāstulit: mihi nō debetur etiam si ille capax nō sit. et ibi. §. sed si mihi stipulor pāphylum promittis stichum et pāphylum. inutilis adiectō nō vitiat vtilē. et ibi que extrinsecus. extrinsecus adiecta stipulationē nō vitiat: vt si stipulati rñ deo. Arma virūq; cano spō deo. et ibi. §. ij. donatio facta piugi et exneo: si est inseparabilioreruz vel personarū cā valet tota. si separabilis cetera valent. donatum piugi nō valet. **In** j. glo. ibi nō r3. By. ponit exemplū p. l. si duobus. §. heres. ff. de le. j. vbi debet legatum: ad pstandum dānatus est heres et nō heres et ibi sifure etiam mixte sorti. et ibi pedius. a s incipit parui refert. et ibi regulr idem Accur. in pre. l. pedius. sed dicebat By. solutionē nō sufficere nisi casuū exceptoz spālis rō reddat. et ibi inseparabilia. idē Jo. mo. h et ibi cū sup. et per. l. pedius. et ibi itegrā vicino: sed in. l. pedius nō fiebat insolidū cōpromissum: qz tunc secus vt in. l. se. sed cum ita By. distinguebat tres casus. nā qnq; duo pcurrunt ad pfirmationēz vni actus. quoz vnum est vtile. alterū inutile. tunc si vnum per se sufficeret valet qd agit: vt. l. pre. qd cum fal. tu. si vtrūq; requirit nō valet: vt in. l. pedius. secūdo casus qn vñ solum

est factum ex pluribus cōmixtum quozum alterū vtile: alterum inutile. et tunc locum hz distinctio de separabili ad inseparabile. tertius casus qn plures sunt actus prozsus distantes et sepati quoz secūdo accedere videt ad reuocationēz pimitanc secūdo oio inutilis nō tollit pñū. si vō aliquid vtilitatis hz nō pfecte ptimeat tollit pñū. ff. si cer. pet. l. certi pditio. §. qm. insti. q. mo. tol. ob. §. pterea. ff. de le. j. si seruus legatus. §. si seruus de inuis. rup. tel. l. ij. de his qbus vt in. l. cum qdam de le. j. l. plane in pn. et de adimē. le. l. legatus. §. pater. §. l. 3. dicit autē q tres leges vltimo alle. videt solutionē destruere sed non destruit qz ademptio legati que p eas inducit poterat vtiliter pcedere sepatim sine trāslatione. et qd ē mō rñ dicitur ad. l. iulianus. §. minor. ff. de fund. in struc. fm By. hanc mām Cy. psequitur in. l. sancimus. C. b. dona. vbi etiam ponit dictum Ja. de are. quod fuit tale aut inutile causat ab inutili et tunc vitiat. ff. de ver. ob. l. j. §. si qd ita. et de fideius. l. cū lex. et C. de legi. non dubium. fallit hz eū qn pñū est inutile respectu civilis vinculi sed vtile respectu naturalis. C. de ptaben. stip. l. nuda de pac. si pacto. aut causatur inutile ab vtili: et tunc inutile trahitur ad vtile. ff. de cōtrahen. emp. l. fundus. et sic pōt loqui. ff. de dona. inter vi. et vxor. si sponsus. §. generaliter. qd verum nisi expresse p. l. in hiberetur. ff. de vtar. vltimas. aut vice mutua vnum est alteri cā et tunc vitiat vtrūq; vt in. l. pedius. et ff. fa. ber. in hoc iudicio. aut neutū est alterius cā. et tunc nō vitiat vtile si separari potest. si separari nō potest vitiat si agēti culpa possit ascribi inducit. §. item qz. et §. trebatius. ad secūdo casum obstat s. eo. li. de elec. si pfirmationē ppter qd tēperari pōt illō dicitū qd trahit inutile ad vtile supplēdo vlt saltē vtile nō vitiatur vt ibi. Ja. de bel. afr psequit insti. de inuti. stip.

Hic regule cōuenit qd do. superatij de cingulo epī terui

b sic. quā psequar abbreviādo et erat talis. A. et B. litigātes in curia super receptiōe testiū vtri usq; rescriptū impetrauerūt ad partes corā receptore opponit. A. testes. B. recipi nō debere cū rescriptum pro ipsius parte sit nullum quia excommunicatus erat maiori excommunicatiōe tempore date queritur an hoc pbatō rescriptū ex toto valeat an ex parte vel ex parte illius. A. tm: an vero in nullo valeat. **Ad** pñm allegat quatuor rōnes. ad secundum tres regulas et vñ rōnem. ad tertium quatuor rationes. demū soluit excludendo casus non dubios et ad materiam distinguit. **Ad** partem qd in totum valeat inducebat de arbi. ptingit. et c. per tuas. vbi cōmixtio habilis et inhabilis facit valere qd non valet gestum solum ab inhabili. hz ergo rescriptum a solo excommunicato impetratum non valet. s. eo. lib. de rescrip. c. j. valebit tamen propter cōmixtionem. ad idem quod dicitur de auctoritate presbita p verum et falsum tutores. ff. quod cum falso tutores. l. j. §. j. vñ vpitum cum duobus retinet conditiones que sunt meliores in altero. C. cōmunia de lega. l. ij. et de rei vxor. act. l. vna circa pn. et no. xvj. q. j. et temporis ne se. vac. c. i. facit. xxxij. q. i. non est culpandus de spon. inter opera. et prodest maiori cōmunio quam habet cum pupillo. ff. quemadmo. serui. amit. si cōmunem. et vide quod not. s. eo. li. de iurpa. c. vno in vltima glo. sic ad validandum rescriptum profit excommunicato cōmunio non excommunicati: cum non sit nouus quem per alium consequi: qd per se consequi non posset. de concessio. preben. c. penul. cum concordan. **Secundo** certus est rescripta impetrata de consecutiōis iudicij distingui ab his q sunt principaliter impetrata: vt patet. s. de rescrip. ex parte decani. vbi valet pñm eo casu quo non valeret secundum vt ibi patet in summario i. tellegu. sed istud de consecutiōis iudicij et in iudicio et intra litem impetratum fuit: cū testiū receptio et ipsius receptionis commissio sit de litis pcessu. patet pñm de proba. quoniam contra. et secundus. s. de testi. presentium. c. lib. sed actus iudicialis cuz excommunicato habitus et si sit actor valet donec oppōat exceptio. s. e. li. d. exce. pia. ergo valet impetratio. ex q nō fuit exceptum.

Terzio

Tertio in effectu satis est qd valeat ex persona nō exco-
municati. nam si solus impetrasset rescriptum talis forme
aduersarius vteretur illo. sunt enim rescripta cōmunia sal-
tem post citationē. de quo satis scripsi de resti. spolia. ex cō-
questione. facit ad idem de mu. pe. c. ij. r. s. eod. lib. de re-
scrip. dispendia. §. reus quoq. C. de temp. in integ. restitut.
l. petende. sic quādoq. vnius partis priuilegiū alteri parti-
cipatur. C. de fruct. r. li. ex. l. fina. poterit ergo exco-
municatus suos testes coram receptore pducere. r. sic nō est dispu-
tandum. an valeat quo ad eum. **Q**uarto. si hoc dicatur
dubium debemus illaz partem eligere. vt res potius valeat
supra de verb. sign. abbate. r. que minus sit captiosa. ff. eod.
titul. l. quotiens. r. in iudicijs equalitas seruanda est supra
eod. in iudicijs r. c. nō licet. esset autem in equalitas vnius
testes tantum recipere quod si fieret. oporteret nouam cō-
missionem fieri melius est ergo partes hoc expediri compē-
dio q̄ per quādam subtilitatem cum partij dispendio cau-
sam progari. s. de re iudi. abbate ad finē. recipiat ergo. **A**.
contra se quod p se approbat. v. q. iij. si quis testibus nec il-
lud solum i parte respuat de cōse. distin. ij. comperimus cuz
concord. potissime quia persona ipsius. **B**. cum quo impe-
trauit approbando sibi deinceps opponere non poterit fa-
cit. s. eod. lib. de elect. nulli cum concord.

Ad partem q̄ solum p non exco-
municato valeat facit
hec regula vt vtile separabile ab inutili quale est istud per
ipsum inutile non vitietur. ex contrario sequeret q̄ grau-
retur quis alterius odio contra regulam. s. eod. nō debet r
puniretur culpa carens contra regulam sine culpa. s. eod. **C**
Secōdo q̄ possit rescriptum in parte valere r in parte nō
valere patet. s. eod. lib. de rescript. si eo tempore. nec miruz
cum in sententijs collationibus testamentis legatis r con-
tractibus idem habeatur vt patet. s. de arbit. cum tempore
de p̄bē. dilect. d. testa. Raynuitius r. c. Raynaldus. sic r cō-
tractus pro parte tantum valet r claudicat de despon. ipz.
de illis r ibi concord. Item si reliquit capaci r si capaci valz
in parte capacis. ff. de lega. ij. si titius. r de lega. j. plane. §. si
coniunctim r. l. si duobus sic r in proposito teneat rescrip-
tum pro parte capacis ad impetrandum.

Ad tertiam partem q̄ in nullo valeat inducitur quia si
A. r. **B**. impetrarunt negari nō potest. **B**. exco-
municatū impetrasse quia licet r alter impetrauerit tamen r ipse. ff. d
ritu nup. illud sed decre. dicit rescriptum ab exco-
municato impetratum ipso iure irritum de rescript. c. j. r istud est tale
ergo r. c. facit ad hoc eod. titu. in toto r. c. plus semper.

Secōdo sepe cōmixtio vitiosi totū improbat vt patet. ix.
distin. ad sacras r. xvj. distin. c. j. vnde si ex comedia quadā
gis vel similibus vnum est in casu redhibitionis omne redi-
bentur si non singulare sed cōmune fuit pretium eozuz. ff. d
edi. edic. l. cum eiusdē. vnde si in testimonio vel i instrumēto
sit aliqua falsitas totum vitiat vt. iij. q. ix. pura de hereti.
fraternitatis vbi satis de hoc scripsi post Innocen.

Tertio cōmixtio scienter facta de exco-
municato in actu el-
ctionis illam vitiat vt no. ix. q. j. nos in hominē r. s. eod. lib.
de elect. si quando in glos. Ana. ad idem. ff. de arbit. l. pedi-
us vbi non valet cōpromissum factum in liberum r seruum
in sententijs iudicialibus pcessibus latis vel factis ab habili
r inhabili pbatur idem de re iudi. ad pbandum de offi. de
leg. cum super idem in constitutione sindici de pcur. c. fina.

Quarto cōmunicatio exco-
municati peccatum est r quan-
doq. mortale. vt satis scripsi quod met. causa sacris in vlti-
ma questione. ergo propter delictum impetrantis cum ex-
co-
municato etiam quo ad ipsum non valeat rescriptum vt
puniatur in quo peccat de imu. eccle. c. flu. cum concord. ad
primā r scōdam partem facit quod scripsi post Inno. de offi.
deleg. prudentiā. §. vj. in glo. notat hic. **S**oluendo pmo
proponit qōnem nō dubiam. in illis casibus in quibus etiā
solus exco-
municatus impetrare pōt exceptatis in pn. c. j. de
rescrip. idem si in p̄dicto iudicio exco-
municat⁹ erat reus q̄
pōt oia facere ad sui defensionē p̄tinentia. de iudi. intellectu

de excep. cū inter. Remanet ergo dubiū. quando ille exco-
municatus erat actor prime cause vel litis. r tunc dixit in to-
tum valere rescriptum de consecutiuis iudicij impetratū. ex
quo non fuit exceptum per allegata post prin. prime patrie
versiculo secundo certum. sed si adhuc est exco-
municatus:
licet exceptio non obstet rescripto obstabit tamen producti-
oni testiū quā facit vt actor sicut obstaret coram delegante.
extra thema vero ad declarationem materie. quando exco-
municati cum non exco-
municato impetrant rescriptum
non de cōsecutiuis iudicij. sic distiguit. aut simul impetraue-
runt vt actores cōtra tertium. aut vnus ex eis ē actor alter re-
us. primo casu aut ius eorum erat diuisibile vel vtriq. in soli-
dum competens etiam quo ad exercitium. aut indiuisibile
vtriq. cōmune. primo casu pro non exco-
municato valebit
rescriptum quod pro exco-
municato erit caducum. facit. ff.
de le. ij. si titio r mibi. secundo casu quando indiuisibiliter
est vtriq. commune inseparabiliter vitiat rescriptum per
ea que h̄ plene no. in glo. r super ea quādo vero vnus ex eis
actor est. r alter reus si exco-
municatus erat actor. non va-
let rescriptum per pze. dec. primā de rescrip. cum rescriptus a
vitioso r prohibito traxerit originez vt ibi no. si vero exco-
municatus erat futurus reus. qui cum actore cōuenit de iudi-
ce r loco vt est moris: tunc si nō ab ipso rescriptum originez
duxerit valebit in totuz ad hoc. C. de cadu. tol. l. vna. §. in pri-
mo. facit qd no. de pba. licet in gl. bene tamē. ver. Itē p̄stat
nō tñ p̄ illud audiret reus exco-
municatus agere vel recōue-
nire volens. vel aliquid facere quod ad defensionem nō spe-
ctet. nisi prius fuerit absolutus. de excep. cum inter in fin. co.
lib. r ti. pia. ad id quod dixi de conuenientia iudicium obsta-
re videtur quod scripsi post archi. in pze. dec. de rescrip. in
fin. scilicet quod curia non admittit exco-
municatum reuz
ad conuenientiam iudicium sed illud procedit cum de exco-
municato excipitur.

Regule iuris civilis huius littere. **A**. sunt be.

Elle nō creditur qui obsequit i imperio priis vel dñi
Erum est neq. pacta neq. stipulatiōes factū posse tol-
lere: quod enim impossibile est neq. pacto neq. stipulatione
potest comprehendit vt vtiliē actionem aut factum cōpre-
bender possit.

Bilex duorum mēsum fecit mentionē r qui. lxi. die
venerit audiendus est ita enim r imperator noster Anto. cū
diuo fratre suo rescripsit.

Bicumq. cāe cognitio est ibi p̄tor desideratur.

Ani timoris nō est iusta accusatio.

Bi repugnantia in testamento in ter se inuenitur neu-
trum ratum est r que rerum natura prohibentur nulla lege
confirmata sunt.

Bi voce sed presentia opus est mutus si intellectum
habet potest videri respondere. **I**dem in surdo hic qui-
dē r respondere potest furiosus absentis loco est r ita pō-
ponius lib. j. epistolarum scripsit.

Atum rome que principatus r ca-
put obtinet nationū
ij. q. vij. beati ad si. vbi petri r apostoloca sedes
fuit a deo principaliter ordinata. xxj. di. q̄uis. xx
xiiij. q. i. rogamus. s. qui si. sint leg. per. venerabi-
ad si. s. eo. li. de elec. fundamenta. §. ne autem r vide qd d̄ ro-
ma clero r populo romano ibi scripsi ante. §. illud super gl.
die sancta Martij habetur eadem data in. l. Item veniūt
§. pridie ydus. ff. de peti. heredi. r iste mensis s̄m latinozum
cōputationē est primus de hoc no. lxxv. di. vlt. s̄z hebray
cam vltimus. lxxv. di. §. primū. Prima gl. arguit r remittit.
Secunda gl. instruit de calendis ydibus r nonis.
Glo. scire debes. instruit de moze curie circa episcopatū
scribēduz in litteris r circa formā bulle r circa pontificatus
r quando incipit. **A**ltima glo. querit arguit pro r cōtra
Det. Jo. an. 1

opiniones ponit et soluit in fine facit conclusionem operis in glo. scire. ibi. l. pfr. dicitur miles qui celesti militia exornatus est et in comitatu principis retentus est et cinctus et ibi de consulibus. l. i. et de decur. l. si. loquuntur iste leges de veste trabea qua utebantur consules et de insulis consulatus. et de insulis prefecture et idem in autj. de consulibus que statim allegatur et ibi ex eo non est miles etiam ad militiam expensis publicis itinerans donec fuerit in numero.

In gl. ij. ibi qui ad nundinas vel a colo. i. veneros qua venerabantur olim ut no. ff. ver. sig. cum bisextus in prima gl. et ibi dies ad ydus de hoc. xvij. di. ppter. et ibi octo vicenos cui si bisextus fuerit superadditur vnus.

In glo. scire debes ibi scriber possint. bene facit. s. eo. li. de pcel. preben. c. vlt. in prin. ponderato ibi textu summi pontificatus. et quod ibi no. in gl. iij. et quod sequitur in hac gl. per q. coniuncta patet quod Bonifacius tempus pontificatus vocat quo non erat consecratus. et ibi bulla sine nomine. de hoc in spe. de rescrip. presenta. s. vlt. ver. Item quod obtentum est sed hodie opposites ista contra litteras quas Clemens tradidit an suam coronationem sunt excommunicati per ipsius extranagantem. qz non nulli. et ibi computati. et est similis error in computatione annorum domini. qua quidam icobant a natiuitate. alij a circuncisione. alij ab incarnatione. alij ab octaua calendis octobris. sicut fiebat ante aduentum christi de hoc vide in spe. de instr. edi. s. ij. in. i. et ij. columna.

